

Heinrich Rudolph Redecker

Rector Universitatis Rostochiensis Henricus Rudolphus Redeker D. & P.P. Ad Exequias Quas Iuveni Eximio Dn. Matthaeo Röselern/ I.U. Candidato Parentes eius maestissimi Hodie ... exhibere volunt. Omnes Literatos & literarum Fautores ... invitat

Rostochii: Kilius, 1661

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn777423170>


Druck Freier  Zugang




Redeker, H. R.,
in
M. Röseler.

Rost. 1661.

8.





45.

RECTOR
UNIVERSITATIS ROSTOCHIENSIS
HEINRICUS RUDOLPHUS

Redefet D. & P. P.

AD EXEQUIAS

Quas

JUVENI EXIMIO

DN. MATTHÆO

Röselern / J. V. Candidato

Parentes ejus mæstissimi


Hodiè hora I. in Aede Marianâ justè exhibere volunt.

Omnes Literatos & literarum

Fautores præcipue Cives academi-



sedulo hortatur & officiose
invitat.



ROSTOCHII,

Typis JOHANNIS KILII, Acad. Typogr. Anno 1661.



RECTOR

UNIVERSITÄTIS ROSTOCKENSIS
HENRICUS RUDOLPHUS

AD EXERCITIUM
JUVENI EXAMINANDI

D. N. M. A. T. H. E. O. S.

et alii V. C. Candidati

in theologiae

habitu A. M. A. T. H. E. O. S.

1700

Guines Lectores & Praeceptores

in theologiae

INVENI

ROSTOCK

THE UNIVERSITÄT ROSTOCK





RECTOR UNIVERSITATIS ROSTOCH.
HEINRICUS RUDOLPHUS *Redeker!*
Civibus academicis

Salutem!



Olon, quamvis inter sapientissimos totius Græciæ sit habitus, attamen propter obitum filii sui, non potuit iusto temperare dolori, quin eum, immatura morte ex rebus humanis exemptum, lacrymaretur ac lugeret; Cumque à quodam diceretur, quod lacrymando ac lugendo nihil proficeret, propter hoc ipsum, respondit, lacrymor, quia nihil proficio. Neque in hac naturalis affectus vehementia & perturbatione, quæ etiam fortissimum quemq; commovere potest, reprehendendus est, vir alias prudentissimus: Siquidem omnium damnorum maximum est, si quis filium non degenerem sed virtutibus Majorum æmulum amiserit. Accedit quod natura semper amans est ejus quod peperit; quod præcipue inter homines rationis dictamine aliis animantibus (quibus naturalis duntaxat affectus relictus est) præcellentes, obtinet, quia Parentes plus ferè filios quam semetipsos diligunt,

gunt, *Plutarch. de amore prolis.* Et nihil æque parentes con-
tristat, quam inversus naturæ ordo, quo illum mortuum
lugent, quem morte prævenire omnes cupiunt. Itaque
non miramur lacrymas & luctum extremum Viri Amplif-
simi DN. MATTHÆI Rößlern / Serenissimi Principis ac
DN. DN. ADOLPHI FRIDERICI, Ducis Mechlenbur-
gici &c. Glori. mem. olim Præfecti Dömitzensis vigilan-
tissimi, quin potius optimo Seni compatiamur & illacry-
memur, quando propter infelicem & inopinatum obitum
filii sui suavissimi, Eximii DN. MATTHÆI Rößlers /
Juris Candidati florentissimi, Civis nostri industrii, non Me-
garensium fictas, sed affectus & doloris lacrymas veras fun-
dit. Facile enim conjicere possumus Virum hunc præclar-
um, acerbissimo funeris nuncio de filii obitu vehementer
tactum, cum eum morigerum & ad optima quæque nat-
um, in quo ingravescentis ætatis magnam spem colloca-
vit, ex complexibus & oculis paternis dura morte abla-
tum, audivit. Nam quoties sermones jucundi, conver-
satio hilaris, pietas officiosa, amor filialis, ac studium ejus
liberale in memoriam retractat, naturalis necessitas lacry-
mas ac gemitus continuos exprimit; cum indubitatum
senectutis præsidium ac levamentum amiserit. Natus au-
tem est filius ejus MATTHÆUS piè defunctus, de quo
non spem duncaxat magnam conceperat, sed quam ipse
jam dum si vita superesset infallibiliter tenebat, Dömitzii
10. d. Decembr. Anno 1633. Et confestim per salutaris lavacri
asperisionem in album vitæ æternæ receptus. Patrē habuit
præfatū Virū DN. MATTHÆUM Rößler / cui solamen di-
vinum cælitus precamur: Matrem autē virtutibus orna-
tissimā fœminā SOPHIAM Sienebahns / quæ Anno 1637. ul-
timum naturæ debitum exsolvit. Avus Paternus fuit spe-
ctatissimus & præstantissimus Vir DN. MATTHÆUS
Rößler /

Nöfeler / Civis & Cerevisarius Rostochiensis [primarius] :
Avia paterna CATHARINA Neuters / fœmina dum vive-
ret in decorem sexus nata. Avus maternus ipsi fuit Vir
Amplissimus & Spectatissimus DN. DAVID Sinebahn /
Præfectus Dömitzensis fidelissimus: Avia materna fœ-
mina ornatissima ANNA Jahns. Proavum habuit Am-
plissimum & Consultissimum Virum DN. GEORGIUM
Nöfeler / J. U. D. celeberrimum; Proaviam ornatissimam
& virtute decoram Matronam Gertrud Hermans: Nec non
Proavum paterni generis secundum, spectatissimum Vi-
rum DN. JOACHIMUM Neuter / Civem & Cerevisarium
hic Rostochii primarium, sicut etiam hujus generis proa-
viam laudatissimam Matronam Tilleke Nettelblades. In lineâ
materna hujus generis iterum se præbent Viri optimi &
ornatissimæ fœminæ, inter illos est Proavus spectatissimus
DN. JACOB Sienebahn / Civis Wismariensis primarius,
inter has proavia Nobilissima SOPHIA Rehstörffen de
Schönfeld: Vti etiam Prudentissimus DN. HENNINGIUS
Jahns / Consul Dömitzensis meritissimus, nec non proa-
via ornatissima ANNA Schulzen. Neque Majorum
imaginibus duntaxat voluit inclarescere piè defunctus,
verum acceptam à Majoribus famam indies in majus de-
cus convertere & amplificare sedulo annixus est, & omnè
curam sollicite impendit, sicut ex toto ejus vitæ eur-
riculo apertius declarandum venit. Nam cum depre-
henderetur in puero ingenium docile & indoles discipli-
narum capax, Parentes maturè literis eum erudiendum
tradiderunt felicissimis Præceptoribus, qui etiam optimè
suas partes præstiterunt: Interquos primæ ejus spei ad-
motus est Reverendus & Doctissimus Vir DN. CHRISTI-
ANUS Schulze / hoc tempore Pastor Eckelfordensis Eccle-
siæ in Holsatiâ fidelissimus. Sub
cujus ductu cum profe-
ctus

ctus in pietate & literis fecisset egregios, postea cura plurimum Reverendi & Excellentissimi Viri Domini BERNHARDI GOSMANNI SS. Theol. D. & Professoris hujus Academiae meritissimi Collegae nostri quondam conjunctissimi, jam verò Ecclesiae ecclesiae Nicolaitanae Stralsundensium vigilantissimi, Affinis sui suavissimi, commissus est, sub cujus fidelissima informatione, eruditionis & doctrinae magnum cumulavit thesaurum: qui etiam affinis sui desideratissimi, illustres conatus in herba jam oppressos, procul dubio vehementer luget, & spem decollatam acerbè fert. Anno 1651. cum idoneus videretur qui in scholas Regias iret, in hac nostrâ Academia per integrum biennium plenius literis animum excoluit. Postea devenit in Francofurtensê Academiã, in qua per sesqui anni spatium usus convictu Excellentissimi Dn. JOHANNIS BRÜNNEMANNI Icti celeberrimi, ubi etiam specimen suae diligentiae publica disputatione cum egregio honorum applausu exhibuit. Praeclare autem peregrinationis utilitatẽ considerans, Hollandiam omni nitore florentissimã perlustravit, ut sapientiã & variarum rerum cognitionem re & exemplo in emolumentum suum auget. Trahente porro fato, Hamburgi, tanquam in speculã, publicarum rerum vicissitudines intuens, per sesqui annũ substitit: inde amore studiorum continuandorum ad Academiam Griphisvaldensẽ profectus est, sed obsessione urbis impeditus, Academiam nostram Rostochiensem iterum salutavit. Hinc quasi ultimam studiis impositurus manum in literis contendit strenuè, & in praeclearissimã juris scientiã, in meis, & Excellentissimi ac Consultissimi Viri DN. Hermanni Sembohen J. U. D. P. P. ac Syndici hujus Civitatis celeberrimi, collegiis, animum solidissimè confirmavit; neq; defuissent virtutis ac studiorum praemia, nisi fata viam praeclassissent.

Hoc


Hoc statu rerum constitutus, à Nobilissimâ Viduâ Victoris de *Naben*/p. m. ad Ephoriâ Nobilissimi filii obeundâ vocatus est. Suscepta hac occasione cum in prædio *Stückte* comoraretur, die 13. Martii febris ardentissima corpus ejus ita invasit, ut eam nulla Medicorum cura expellere poterit. Morbi itaq; illius vehementia naturâ indies debilitante, omneque medicamen respuente, ad mortis instantē necessitatem se intrepidè paravit, quando in præsentia Reverendi & Clarissimi illius loci Pastoris Dn. M. ALBERTI MASDORFII, SS. corpus & sanguinem Christi devotissimè in certitudinem æternæ salutis accepit, quâ cælesti dapere refocillatus, inter meditationes & cœlestes cum DN. Sacerdote habitos discursus, solo verbo Dei animum in fide firmavit, & d. 23. Martii circa horam quintam matutinam Anno 1661. ætatis suæ 27. ann. 14. septim. & 4. dierū placidissimâ morte in cœlestem patriam ex hisce miserrarum ærumnis migravit. Gravissimum certè in Dn. Parentē Dn. Affinem, Dn. Fratrem & Sorores cœterosque piè defuncto amoris necessitudine junctos, ex hoc obitu descendit vulnus, quod non summam illorum rupit cutem, sed pectus interius & ipsa viscera divisit. Verum molesti hic esse nolumus, causasque lacrymarum augere, quin potius eas minuere studeamus; cum dicente *Seneca* nihil tam magnum sit, quod perire non possit. Terrena enim omnia non tantum mutationes & conversiones, verum etiam interitus habent. Et omnia mortalium opera mortalitate damnata sunt, imo inter peritura omnes vivimus. Quapropter inter hujus mundi misérias optandū potius defungi, quā diu jactari, nam felices illi sunt qui quam celerimè ad portum illum venerunt, in quo liceat tuto dicere; spem, timorem, curam, omnesque molestias ad quietem


quietem compositus aliis relinquo: adeoque omnis ad
moriendum ætas matura est, & quem Deus diligit mori-
tur Juvenis. Qua ratione optimè cūpiē defuncto actū esse,
jure merito uti Christianos decet fateamur, quia maturè de-
cedendo his rerum adversitatibus subductus & ex hac
flagitiorum colluvie in cœlestem puritatem translatus est,
ubi æterno gaudio in gremio Abrahæ vivit. Interea
Vos Cives Academici insuper maximo solatio eritis lu-
gentibus, si frequentes honorificā vestrā præsentia exe-
quiis optimi civis nostri interessè dignemini. Quod ut faci-
atis prompti, ego non tantū Vos decenter invito; sed idē pie-
tas vestra exigit, communis studiorum affectus
monet, vestrumq; omniū officium sponte fieri
jubet. Valet.

Dabam sub sigillo Rectoratus, 2. Aprilis.
Anno 1661.

Conventus erit hora I. in templo
Mariano.







Hoc statu rerum constitutus, à Nobilissimâ V
de Xaben/p. m. ad Ephoriã Nobilissimi filii ob
tuse est. Suscepta hac occasione cum in prædio
moraretur, die 13. Martii febris ardentissima
ita inyasit, ut eam nulla Medicorum cura ex
erit. Morbi itaq; illius vehementia naturã i
tante, omneque medicamen respuente, ad m
necessitatem se intrepidè paravit, quando
Reverendi & Clarissimi illius loci Pastoris Dn.
MASDORFII, SS. corpus & sanguinem Chr
mè in certitudinem æternæ salutis accepit, q
pe refocillatus, inter meditationes & coeles
Sacerdote habitos discursus, solo verbo De
fide firmavit, & d. 23. Martii circa horam qu
tinam Anno 1661. ætatis suæ 27. ann. 14. sept
placidissimâ morte in cœlestem patriam ex l
rum ærumnis migravit. Gravissimum certè i
Dn. Affinem, Dn. Fratrem & Sorores cœ
defuncto amoris necessitudine junctos, ex
scendit vulnus, quod non summam illorum
sed pectus interius & ipsa viscera divisit.
si hic esse nolumus, causasque lacrymarum
potius eas minuere studeamus; cum dicent
tam magnum sit, quod perire non possit. Te
mnia non tantum mutationes & conversio
iam interitus habent. Et omnia mortalium
litate damnata sunt, imò inter peritura om
Quapropter inter hujus mundi miserias op
defungi, quã diu jactari, nam felices illi sunt
lerrimè ad portum illum venerunt, in quo
cere; spem, timorem, curam, omnesque

